Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



oramus. ut hoc sal aspicere digneris quatenus ex magies
tatis tue uirtute contra omnes spiritus inmundos ui
gorem possit accipere. expellat ab omni loco ubi tua fue
rit inuocatione aspersum. quicquid potest esse pestiferum.
et exhibeat plenum salutis effectum. deterreat omnes pre
stigias inimici. et omnia monstruosorum genera longius fa
ciat effugari. grauedines omnes fantasiasque compescat.
et per signum crucis filii tui domini nostri ihesu xpi tutelam
fidelissimam desiderantibus prestet. Per eundem.

Domine deus omnipotens benedic hanc creaturam salis ad effu
gandum inimicum et ei salubrem medicinam inmitte
ut ad anime et corporis se sumencium proficiat sanitatem. Per.

Exorcizo te creatura aque Exorcismus aque
in nomine dei patris. et in nomine ihesu xpi filii eius
et spiritus sancti omnis uirtus aduersarii. et omnis incursio
diaboli. omne fantasma. omnisque inimici potestas
eradicare et effugare ab hac creatura aque. Per e.

Exorcizo te creatura aque in nomine dei Aria
patris et filii et spiritus sancti. ut repellas diabolum ater
mino uistorum ne sit in umbraculis huius ecclesie. et tu domine
ihesu xpe infunde spiritum sanctum in hanc ecclesiam tuam. ut
proficiat ad sanitatem corporum animarumque adorancium te
ut magnificetur nomen tuum in gentibus. et increduli cor
de conuertantur ad te. et non habeant alium deum preter te
solum dominum. Qui uenturus. Item alia Exorcizo te cre